

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

intendis noli prædicare: nam si facere nequiueris: rideberis. infelicitatem nemini improperaueris: ne iuste querimoniam pateas. Deposita cum acceperis: redde. Amico noli maledicere: ne inimico quidem: pietatem colas: frugi esto: pudicitiam ama: ueritati stude: fidem: peritiam: dexteritatem: sodalitiū: diligentiamq; custodi. Quæ uero cecinit: maxime probantur: Hæc sunt: sumpto arcu & iaculis sagittiferaq; pharetra impetendum hominem nequaquam: Nam fidum nihil lingua loqui præualet: dum cordi duplex alte insedit sensus. fecit item ad sexcentos elegios uersus & carptim de legibus ad ciues. floruit maxie circa. xlii. olympiadem: mortuus est autem sub Aristomene tertio anno. lib. Olympiadis: cum uixisset annos plusq; .lxx. senio confectus: sepultumq; in leibo mausoleo ipsius inscriptum epigramma signat.

Condidit hoc tumulo lachrymis te pittace lesbos.

Sacra suis obitu languida facta tuo.

Est eius illa sententiola tempus nosce: fuit & alter pittacus legifer: cuius & Fauorinius in primo commentariorū: & Demetrius in æquiuocis meminit: q & minor appellatus est. Fertur autem sapiens ille cum ab Atarnete adolescente cōpelleretur ut moneret utra sibi ducenda esset uxor: duas quippe se expetere: alteram quæ opibus sibi & genere paræ: alteram utraq; in re excellentem: bacillo senum adminiculo elato admonuisse: pergeret ad triuium ciuitatis: quo ludendi causa pueri conueniunt: eosq; consuleret quid facto opus esset: sequereturq; illorum monita. Sicq; factum esse: Adolescentemque illum puerorum uocibus admonitum æqualem sibi duxisse: id factum Callimachus in epigrammatibus uenustissime scribit. Hospes atarnites rogauit pittacon olim.

Sic mytilenæum hyrradioq; satum.

Magne senex geminæ cupiunt mihi nubere: quarum

Et genere atq; opibus conuenit una mihi:

Altera præcellit: quid præstat consule: dicq;

Utra ex his potius sit capienda mihi.

Hic baculum tollens sit tela senilia dixit.

Consilium pueri quod petis expedient.

Quis celer in gyrum iactatus uerbere turbo

Affiduo latis uertitur in triuiis.

I sequere illorum monitus: sic fatus. at ille

Scitatur. referunt. tu tibi fume parem.

Quæ postq; audiuit monitis puerilibus hærens.

A magnis hospes abstinuit thalamis

Atq; parem paruas lætus traduxit in in ædes.

Sic dion æqualem si sapiis ipse cape.

Dioneq; itidem admonet facere: parem. s. eligere: uidetur autem ex affectu ista dixisse: Quippe q nobiliorem ipse duxerat Draconis scilicet penthili filii sororem: quæ illi immodice superba erat. Hunc alceus Sarpodem & sarapum uocat: